



**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris  
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis  
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

**Visconti, Giuseppe**

**Parisii, 1618**

Cap. 4. Catechumenorum antiquitas ostensa, deque illorum figuris, & cur  
in Ecclesia instituti sint.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](#)

Catechumenorum antiquitas ostensa; de quæ illo-  
rum figuris; & cur in Ecclesia insi-  
tuti sint.

## CAP. IV.

**D**E antiquitate tamen dubitate nemo po-  
test, quin fides illa, quam B. Petrus A-  
ctor. 2. Centurioni explicavit, vel quam \* Aet. 8.  
Philippus Eunuchum docuit, priusquam bap-  
tismatis mysteria conficerentur, ad catechu-  
menorum consuetudinem indicandam, at-  
quæ exprimendam pertineat. Etenim Simeon  
Metaphrastes de reb. gest. & consummat.  
S. Cornel. Centur. cap. 2. cùm eius baptismum  
refert. ita inquit: cùm ei autem obuiam processi-  
set Cornelius, & procidisset ad eius pedes, erigit  
eum Petrus, dicens: ego quoque sum homo, deinde  
cùm in eo seminasset verbum pietatis, & in ani-  
mis eorum, qui consuenerant postquam vidit spiri-  
tus gratiam ad eos aduolantem, & baptismum  
precipientem, eos ducit ad veritatem; & bap-  
tismo initiat. Multis præterea alijs locis A-  
postolos, antequam baptismi lauacro tin-  
gerent, sacra catechesi rerum diuinarum ig-  
natos erudisse, planum est. In Actis enim  
SS. Processi, & Martiniani, quæ Laurentij  
Surij industria, & labore ex antiquis Ms. co-  
dicibus in unum congesta sunt, legimus, S.  
Petrum, adhuc in carcere constitutum, cùm

P iii

230 De Antiq. Bapt. rit. ac Cat.  
ab eis rogaretur, ut baptismalibus sacra-  
tiare vellet, prius diuinæ naturæ personæ  
qua fidei summa sunt, exposuisse: cumdi-  
eur: credite in Deum Patrem omnipotentem,  
in Dominum nostrum Iesum Christum Filium  
unigenitum, & in spiritum sanctum. tun-  
nes abiecerunt se ad pedes Apostolorum, rigu-  
nt baptismum ab eis perciperent. at vero bea-  
tus Apostoli orauerunt Deum, orationeque expla-  
beatus Petrus in Monte Tarpeo, signum crucis  
pressit in eadem custodia, atque eadem horam  
narrunt aquæ e monte: baptizatique sunt be-  
processus, & Martinianus à beato Petro App.  
Et Optatus Mileuitanus lib. 5. cont. Parme  
exponens verba Sancti Pauli ad Corinthios  
plantauit, Apollo rigauit, primum ad Corinthios  
näm catechesim, alterum ad ipsum bap-  
tum refert his verbis: propter tumorem  
strum, quo in vos intumescitis, increpat Corinthios  
beatissimus Paulus: in se, & Apollo al-  
teri corporis conformat, ne alter in alterum  
quit) intumescat. Ut ostenderet, quia hoc non  
sacramentum baptismatis Dei est, ut illuc sibi  
hil vindicet operarius, sic ait: Ego plantauit,  
Apollo rigauit. Id est, de Pagano catechumenum  
ei, id est catechumenum baptizauit. S. quoque  
Anselmus Apostoli verba ad Heb. 6. non rufi-  
ficientes fundamentum pœnitentie ab operi  
mortuus, & fidei ad Deum: baptismatum, doctri-  
nae impositionis quoque manum, in hanc sententiam  
explicauit; cum diceret: doctrina, qua in  
ordine tradita est vobis per symbolum, & inter-  
gem dominicam, ut has iterum incipiatis inde

Quamobrem optimo iure Author Constit.  
Apostol. lib. 2. cap. 45. catechesis vsum E-  
piscopis p̄cepit, dicens: idem fac tu Episco-  
pe; sed, quemadmodum gentilem per lauacrum  
recips, post eius institutionem; ita hunc per ma-  
nuum impositionem, ut per p̄nitentiam purga-  
tum, omnibus pro eo rogantibus, in pristinum sta-  
tum restitues. Et lib. 6. cap. 18. catechumenos  
post institutionem baptizate. Item lib. 7. cap. 39.  
qui in sermone pietatis instituendus est, erudiatur  
ante baptismum cognitione Dei ingeniti: instruatur  
etiam notitia Iesu unigeniti: & fide de spiritu  
sancto: discat variarum creaturarum ordinem, pro-  
videntia seriem: erudiatur, cur mundus conditus  
sit, &c. hoc, atque huiusmodi discat in catechesi,  
quia ad baptismum accedit. Verum idem quoquā  
a Domino tūm figuris, tūm apertis p̄cep-  
tionibus significatum esse, ex Ecclesiæ scrip-  
toribus animaduertimus. Quod enim Matth.  
28. Apostolis traditum est, vt omnes gentes  
docerent, & baptizarent; & Marc. 16. Chri- Catechu-  
stus fidem baptismati p̄posuit, huius ca- menorū  
techesis argumentum fuisse, Rabanus Mau- vlus à Chri-  
rus lib. 1. de instit. Cleric. cap. 25. osten- to Domi-  
dit. Et lutum, quod ipse Iesus Ioan. 9. super  
cæci nati oculos posuit, antequām illum ad  
aquas Siloe mitteret, eiusdem consuetudinis  
figuram, & similitudinem gessisse, idem Raba- Catechu-  
nus ibidem exposuit, dicens: ante baptismum, menorū  
catechizandi debet in hominem peruenire officium, figura.  
ut fides primus catechumenus accipiat rudimentum.  
Nam in Euangelio secundum Matthæū legitur, quod  
post resurrectionem Dominus Apostolis p̄ceperit,

P. iiiij

ut in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti  
cerent, & baptizarent omnes gentes, id est, pa-  
sionem Dei illis insinuarent, & sic credentes in  
missionem peccatorum baptizarent. Hinc est, quod  
secundum Marcum idem Dominus legitur pro-  
fuisse fidem baptismati: cum ita dixit: qui credidit,  
& baptizatus fuerit, saluus erit, qui vero non credi-  
derit, condemnabitur. Et Ioanne teste, prius ipse  
cæcini oculos luto ex sputo facto superlinuit, &  
sic ad aquas siloe misit, quia prius debet baptizan-  
dus fide Incarnationis Christi institui, & sic ad ap-  
tissimum iam credulus admitti. Altera etiam ca-  
techumenorum figura ab ijs expressa fuit, quod  
S. Ioannes, ut vita prioris penitentie, baptizau-  
vit, qua de re non est quod plura à nobis de-  
cantur: cum Idori Hispalensis testimonium  
in promptu sit: puto autem, (inquit lib. 2. deo-  
rig. offic. cap. 2.) omnes à Ioanne baptizati in  
intentione cathecumenum prætulisse figuram. Quod  
si lectores animaduertent, facile intelligen-  
ti etiam à Patribus longo temporum ordine in-  
significatum, & seruatum. ut interim omitti-  
mus loca tūm S. Dionysij Areopagite lib. de  
Eccles. Hierarch. cap. de bapt. ei exponitrati-  
nem perfectam, qua ad Deum accedendum q-  
tūm Martyrij S. Calixti Papæ apud Sur. cer-  
chisimo instructam baptizavit domum eius: tūm  
vita S. Marcelli Papa eodem Surio collecto-  
re: eadem hora allata est aqua, & catechizavit  
eum: tūm Cyrilli Hierosolymitani catechis-  
tag. quātam vobis dignitatem contulerit Di-  
onysius, ab ordine chatechumenorum ad fideles tra-  
nsit, Paulus Apostolus assistens dicit: tūm S. Ba-

Altera ca-  
techumen-  
orum fi-  
gura.

Catechu-  
menorum  
vium etiā  
Pater do-  
cuerunt.

Sicut etiam 1. de bapt. sciendum est, quod primus docere, & instruere oporteat, atque ita demum preclarissimo baptismate rite instruendum dignari: & Catecumeni paulo post: ante baptismum instruatio premittitur. meni fueda est, & primum, que doctrinam, & disciplinam runt etiam infantes, & impedirent, remouenda: tum S. Augustini lib. 8. pueri. confess. ubi iubatus est primis inst. actionum sacramentis, non multo post etiam nomen dedit, ut per baptismum regeneraretur: & alia id genus multa in quibus catechesis mentionem fieri, facile appareat. Quantum vero baptismi naturae, ac dignitati consentaneum fuerit, ut in Ecclesia catechumeni instituerentur, aperta quidem ratione S. Augustinus lib. de ver. & fal. penit. demonstrauit, dicens: ob hoc sunt catechumeni in Ecclesia constituti: ut, dum baptismum expectant, unde iure peniteant, habeant. Et S. Anselmus in cap. 3. Matth. B. Clemens, & quidam alijs sancti Willib. qui turpiter vixerant, & conuersi baptizari volebant, sepe diei abstinentiae, vel etiam plures ad preparationem in ungebant. unde adhuc in catechumenis aliquod spatium ante baptismum præstituitur, ut illos parntear. Quare nos in ea explicanda longiores non erimus: ne inania, & superuacanea scripsisse videamur.

---

Etiā infantes inter catechumenos  
relatos esse.

C A P. V.

Equitur nunc, ut, qui inter catechumenos referentur, explicemus. Cuius argu-